

Curte, in reper., cap. fin. de *Consuetudine*, sect. 6, num. 39. Moneta, citat. part. II, quæst. 9, num. 5. Barbosa, loc. cit., num. 6. (21. Pœna privationis dimidiæ partis Distributionum quam incurrunt Canonici requisiti Ordines intra annum non suscipientes, locum habet, quamvis reliqua dimidia pars, quæ superest, non sufficiat ad sustentationem Canonici; Glossa, in cit. Clementina *Ut ii 2, de Ætate et qualitate*, verb. *Pars dimidia*, ibi: « Etiam si reliqua dimidia ad sustentationem ipsorum non sufficiat, et imputent sibi, cum per Ordinis receptionem hanc pœnam vitare possint; » et Glossam sequuntur passim Doctores. (22. Talis autem privatio dimidiæ partis Distributionum intelligenda est de iis solummodo distributionibus, quæ proprie, et strictè Distributiones quotidianæ dicuntur, nempe quæ dantur iis qui Horis, seu Officiis ordinariis intersunt, de quibus loquitur cit. Clement. *Ut ii 2, de Ætate, et qualitate*, non autem de extraordinariis Distributionibus, quæ dantur pro Funeralibus, seu Anniversariis Defunctorum, et aliis hujusmodi, quæ large, et generaliter Distributiones vocantur; Moneta, de *Distribution. quotidianis*, part. I, quæst. 3, num. 12. Barbosa, loc. cit. num. 15. (23. Nisi Distributiones funeralium, seu anniversariorum sint unitæ cum Horis, ut recte advertit Garcias, in addit. ad dict. part. III, cap. 4, sub num. 15, et Barbosa, in Concil. Trident. sess. 22, cap. 4 de *Reformat.*, num. 22. (24. Nullam tamen pœnam incurrunt Canonici, si ad Ordines requisitos non promoveantur intra annum propter justum impedimentum, ut esset infirmitas totius illius anni, vel si absens erat Episcopus, et commendatitiæ Litteræ habere non potuerint, vel eos Episcopus ordinare noluerit, vel his similia; prout exemplificat Glossa in cap. *Commissio 35, de election.*, in 6, verbo *Justo Impedimento*, et sequitur Glossa in cit. Clement. *Ut ii 2, de Ætate, et qualitate*, et Concil. Trident., cit. sess. 22, c. 4 de *Reform.*, ibi: « Justo impedimento cessante. » (25. Nec etiam ullam talem pœnam incurrit Canonici dispensatus a Papa, ut in ætate v. g. sexdecim annorum, vel in alia sufficienti Canonice in Cathedrali obtinere possit; nam eo ipso, quod est dispensatus circa ætatem, et provisus de Canonice, Præbenda, Fructibus, et Stallo, debet ad vocem, et ad Distributiones admitti, prout alii Canonici. Sic respondit Sac. Congregat., in Reatina, 13 Septembris 1631, et in Mediolanensi, 6 Martii 1632; sic præcise censuit, Canonice, qui propter defectum ætatis non potuit ordinari ad Sacros Ordines, et provisus fuit a Papa cum expressione ætatis, debere lucrari Distributiones quotidianas, si Choro intersit. Et in una S. Miniati habetur sic: « Carolus de Ansaldis Clericus S. Miniati ætatis

sua anno 15. provisus, et dispensatus a Sanctissimo Domino nostro Papa Urbano VIII, ad Canonice obtinendum in Cathedrali ejusdem Civitatis petit declarari se vocem in Capitulo habere, ac Distributiones quotidianas, dum Divinis Officiis interest, lucrari. Die 18 Septembris 1629, Sacra Congreg. Concil. Trident. Interpretum secundum ea, quæ ponuntur, censuit prædictum Oratorem vocem in Capitulo habere, et Distributiones quotidianas, dum Divinis Officiis interest, lucrari. » (26. Canonice autem dispensatus super ætate ad obtinendum Canonice, si promoveri non curavit ad Ordines, postquam ad legitimam ætatem pervenit, juxta formam in dispensatione præscriptam Distributiones non acquirit, quamvis Choro inserviat, ut declaravit Sac. Congr. Conc., in Florentina, 2 Januarii 1697.

(27. Canonice tamen a Sede Apostolica super ætate dispensatus non prius cogendus est ad Sacros Ordines promoveri, quam ad 22 annos pervenerit. Sic decisum fuisse a Sacra Congregatione Concil. refert Garcias, de *Benefic.*, part. III, cap. 14, num. 35. (28. Canonice in Sacris non constitutus vocem in Capitulo aliquo pacto acquirere, seu præscribere non potest. Sac. Congregat. Concil., 20 Aprilis 1602. (29. Canonice non Subdiaconus, nec vocem consultivam in electionibus, et Synodo habet. Sic decisum fuisse a Sacra Congreg. Conc. refert Garcias, de *Benefic.*, part. III, c. 4, num. 25. (30. Præsidens vero in Capitulo, etiam si non sit in Sacris, in eo proponere, ac resolutiones accipere potest. Prima enim Dignitas v. gr. Archidiaconus, ad quem spectat convocare Capitulum, et in eo proponere, ac resolutiones accipere, id potest, etiam si non sit in Sacris; cum iste sit actus jurisdictionis, qui competit Archidiacono etiam in Sacris non constituto. Sic decisum fuisse a Sacra Congregat. Conc. refert Garcias, de *Benefic.*, part. III, quæst. 4, num. 16. (31. Præbato Ecclesiæ Collegiæ, etiam si Sacris Ordinibus careat, Præsentia, ac vox in Capitulo competit. Barbosa, in Trident. sess. 22, de *Reformat.*, cap. 4, num. 9, cum variis aliis, et Nicolaus Garcias, in addit. ad d. c. 4, sub num. 26, ubi subdit, in illis non procedere dict. Clement. *Ut ii, de Ætate, et qualitate*; et Concil. Trident., dicta sess. 22, de *Reformat.*, cap. 4. (32. Canonice in Ecclesia Collegiata habens Canonice, cui neque Jure communi, neque ex consuetudine, institutione, aut statuto, adnexum est aliquis Ordo, præsertim Sacer, obtinere potest, et percipere Distributiones, licet nunquam hujusmodi Sacrum Ordinem suscipiat, sed simplex Clericus remaneat; Moneta, de *Distribut. quotid.*, p. II, q. 19, n. 27. (33. Ipse tamen Canonice in Collegiata, nisi sit in Sacris, vocem in Capitulo habere non potest; Stephan. Gratian., *Discept. forens.*, t. IV, c. 482, n. 20, cum seq. Barbosa, in Trident., sess. 22, de *Reformat.*, c. 4, n. 5, et de *Canonice*, cap. 37, n. 10. Sell., in *Selectis Canon.*, c. 2, num. 4, et sic censuit Sac. Congr. Conc., sub die 8 Augusti 1621. Et novissime in Romana Vocis in Ca-

pitulo, die 22 Julii 1842, in qua a Canonice Ecclesiæ Collegiæ S. Mariæ in Cosmedin proposito dubio: « An Canonice Clerici Ecclesiæ Collegiæ S. Mariæ in Cosmedin intervenire possint in Capitulo, inibique habere vocem activam in casu, etc. » eadem Sacra Congregat. Concil., die, et anno, quo supra respondit: « Posse intervenire, sed non habere vocem; » juxta Clementin. *Ut ii 2, de Ætate, et qualitate*, et Concil. Trident., sess. 22, de *Reformat.*, cap. 4, jam a nobis allegat., ibi sub num. 31, et aliis.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(34. De varia Ecclesiæ disciplina circa ætatem Canonice Ecclesiarum Cathedralium, tum Collegiarum, agit Laur., de *Ætat. ad Beneficia requisita*; cap. 9, tum cap. 12. (35. In præsens autem, ut ait Auctor, in Ecclesiis Cathedralibus, in quibus non est facta distributio Ordinum, ætas in Canonice requisita est annorum 22, ut firmavit Rota in Cracovien. Canonice, 28 Junii 1743, coram bon. mem. de Vais. (36. In Collegiatis vero Ecclesiis, in quibus consuetudo vel statutum Ordinem sacrum Canonice haud adnexit, sufficit in Canonice

(1) Saluberrimum Tridentini Concilii decretum bono fidei, et religionis conditum, ne tabidæ pecudes reliquum Christi gregem inficere possint, atque ita æternæ morti addant, prostat sess. 24, cap. 12, de *Reformat.*, cujus hæc sunt verba: « Provisi etiam de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus, teneantur a die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito coram Generali ejus Vicario, seu Officiali, orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem... Provisi autem de canonicatibus, et dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali, sed etiam in capitulo idem facere teneantur: alioquin prædicti omnes provisi fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur. » Quæcumque porro ad hujusce decreti explanationem, ac rectam intelligentiam facere videntur, dilucide, ac copiose edisserit Cl. auctor, num. 29, rectissime docet hujusmodi provisos fidei professionis muneri non satisfacientes in conscientie foro, et ante omnem judicis sententiam adstrictos esse ad restituendos fructus quoscumque perceptos post elapsos duos menses, atque argumentis pluribus eandem tueri sententiam, atque confirmat; adeo ut videatur rem omnem extra quamcumque dubitationis aleam reposuisse. Illud tamen addendum videbatur, quod oppositæ sententiæ omnino jugulum petit, eamque penitus, atque ab imis fundamentis evertit. Hanc scilicet Tridentini legem de restituendis fructibus perceptis propter non emissam fidei professionem, non esse pœnalem, ut somniantur adversarii; sed esse inhabilitantem, aut conventiōnalem, atque conditionalem; quod patet abunde ex ipsis Tridentini verbis supra adductis. Hujusmodi porro leges, seu pœnæ, ut locum habeant, atque effectum sortiantur, nullam exquirunt judicis sententiam, ut unanimi theologorum consensu constat. Lege Salmanticens. *De Præcept. Decalog.*, tract. 21, cap. 2, punct. 7, num. 82 et 85.

Quantum porro spectat ad illos, qui hujusmodi fidei professionem omiserint ex ignorantia, inadvertentia, atque oblivione invincibili, ipsos a gravi peccati reatu immunes esse recte resolvit auctor noster, atque ex solidis, exploratis, atque indubiis theologiae principiis id ipsum evincit. At num vero hujusmodi fructuum perceptione priventur, non secus ac ceteri culpabiliter omittentes hujusmodi fidei professionem,

cis ætas 14. annorum, ut respondit idem Sacrum Tribunal in Nepeina Canonice, 3 Julii 1750, cor. bon. mem. Vicecom. (37. Quando vero consuetudo vel statutum dicatur adnexuisse, necne, Ordinem Sacrum Canonice, vide apud Rotam in dicta Nepeina Canonice, 3 Julii 1750, coram dicto Vicecom.

(38. Interdum onus susceptionis sacri Ordinis afficit Canonice, non item est adnexum Canonice; de hoc, tum de effectibus diversis inde promanantibus consule Rotam in Leodien. seu Aquisgranen. Canonice, 15 Januarii 1734, coram Eminentissimo Crescentio.

ARTICULUS IV.

Canonice et Dignitates, quoad fidei professionem, et pœnas eam omittentium.

(1. Canonice et Dignitates Ecclesiæ Cathedralis tenentur a die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses Fidei professionem facere, non solum coram Episcopo, vel ejus Vicario Generali, sed etiam coram Capitulo. Sic expresse statuit Concil. Trident. sess. 24, de *Reform.*, cap. 12, vers. *Provisi* (1);

nihil omnino edicit Cl. auctor; at non levis controversia est inter theologos, et canonum interpretes, quam hic ad cumulum breviter indicare atque extricare non pigeat.

Barbosa, alique complures eisdem ex sola ignorantia, aut oblivione omittentes fidei professionem ab onere restituendi fructus perceptos eximendos contendunt; cum enim hujusmodi Tridentini legem non nisi mere pœnalem accipiant, excusatos ex ignorantia, aliaque consimili circumstantia a culpa reatu, a pœnæ quoque debito eisdem excusari necesse est. *Sine culpa enim non est aliquis puniendus.* Reg. 25, *Juris*, in 6. At vero Salmanticens. loc. cit., n. 84, contrarium docent ac tueri; hujusmodi scilicet in allata hypothesi adhuc adstringi ad restituendos fructus perceptos juxta allatam Tridentini sanctionem, etiam ante judicis sententiam, licet minus efficaciter id ipsum probare videantur. Ast ipsorum sententiæ probabilior nobis visa est; quod ut dignoscatur, in memoriam hic erunt revocanda, quæ ex probatissimis theologis quivis, uti arbitramur, addiscere potuerit.

Duplicem nimirum distingui irritationem, unam pœnalem, qua in odium personæ, ejusve actionis actus decernitur nullus, atque irritus. Hujusmodi autem irritatio, ut locum habeat, regulariter loquendo, culpam supponit; ut in beneficiato, cui irrita decernitur beneficii fructuum perceptio propter intermissam horarum canonicarum recitationem. Concilium Lateranens. V, sub Leone X, sess. 9. Alteram vero non pœnalem, sive legalem, quando actus nullus etiam decernitur, non in alicujus delicti pœnam, sed propter bonum publicum, et commune. Postremam istam irritationem, cum culpam minime supponat, neque propter ipsam sit imposita, etiam seclusa culpa, effectum suum sortiri debere nemini dubium esse potest. Hujusmodi porro reputanda erit irritatio fructuum perceptorum per Tridentinum decreta propter intermissam fidei professionem; cum illa præcipue sancita fuerit propter bonum fidei, ac religionis, ut hac ratione oves a lupis facilius scerni possint; atque ut pastores ac præceptores in Ecclesia in fide firmati reliquos pro suo munere fideles rectæ fidei regulas edocere possint, atque erudire. Itaque, ut paucis res omnis comprehendatur, irritatio facta propter bonum publicum nullam supponit culpam. Atque hujusmodi est irritatio, de

et Pius IV, Constitut. incip. *Injunctum nobis*; quæ tamen constitutio non obligat Canonicos aliarum collegiarum, sed cathedralis tantummodo, ut ex pluribus decretis Sacrae Congregationis firmat Benedictus XIV, Institut. Eccles., 60, num. 1. (2. Hanc fidei professionem sufficit facere coram Vicario, etiam Episcopo non impedito. Verba enim illa Concil. *vel eo impedito*, ponuntur solum ad quamdam admonitionem, et simul ad denotandum convenientius esse ipsam facere coram Episcopo, si non fuerit impeditus; Barbosa de *Offic. et potest. Episc.* part. III, allegat. 61, num. 16, et de *Canon.*, cap. 17, num. 3; Filliuc. tom. III, tract. 41, cap. 16, num. 8; Squilant. de *Obligation. Clericorum*, p. 1, n. 9; Trullench. in *Exposit. Decalogi* lib. I, cap. 1, dub. 8, n. 1; Garcias, de *Benef.*, part. II, cap. 3, num. 33, ubi inquit illa accipienda esse alia similia verba Conc. Trident., sess. 24, de *Reform.*, cap. 18, § *Transacto*, ibi: « Examinentur ab Episcopo, sive eo impedito, ab ejus Vicario Generali. » (3. Nec est necessarium, ut hæc fidei professio prius fiat coram Episcopo, vel ejus Vicario, et postmodum coram capitulo separatim repetatur, sed si Episcopus adsit in capitulo, satis est ut, Episcopo præsentate, semel fiat in capitulo. Sic censuit Sac. Congreg. Conc. in Seguntina, 18 Aprilis 1590, et tenet Garcias de *Benef.*, part. III, c. 31, num. 51; Barbosa de *Offic. et potest. Episcop.*, allegat. 61, num. 17, et de *Canon.*, cap. 17, num. 4 et alii passim. (4. Sede episcopali vacante non sufficit hanc fidei professionem facere coram solo capitulo, sed debet etiam fieri coram Vicario Capitulari; Garcias de *Benef.*, part. III, c. 3, num. 27 et 28; Barbosa de *Offic. et potest. Episcop.*, allegat. 61, num. 18, et de *Offic. Parochi*, cap. 4, num. 6; Castropalao tract. 4 de *Fide*, disput. 1, punct. 19, num. 9; Bonac. in 1 *Eccles. præcepto*, disp. 3, questione 2, punct. 4, numero 2, et alii passim. Et ratio est quia, licet Capitulum succedat in jurisdictione Episcopi, et fungatur vice illius, tamen cum Concilium Tridentinum, sess. 24, de *Reform.*, cap. 16, statuatur jurisdictionem episcopalem administrari per Vicarium Capitularem, et non per ipsum Capitulum, magis per Vicarium, quam per capitulum representatur Episcopus; arg. cap. *Non putamus*, 2, de *Consuetudine*, in 6. (5. Hanc fidei professionem Canonici, et dignitates Cathedralis tenentur facere per seipsos personaliter, et non sufficit per procuratorem; Sacra Congregatio Concil. in Seguntina, 18 Aprilis 1590, et iterum in alia causa, die 12 Septembr. 1620. Et iterum sic declaravit eadem Sac. Congr. Conc. super cap. 12, sess. 24, de *Reformat.*, in Calaguritana 22 Septembris 1696, in qua Episcopo de hoc seiscitanti responsum fuit: « Non admittat provisos ad professionem fidei, nisi per seipsos emittant, » et tenet Garcias de *Benef.* part. III, cap. 3, num. 51; Scortia in

qua loquimur, per Tridentinum sancita de perceptis fructibus beneficii propter intermissam fidei professionem. Ergo licet ex oblivione, aut ignorantia atque adeo sine culpa fidei isthæc professio fuerit

Selectas Summor. Pontificum Const., Epist. 84, theorem. 207, v. *Quid si Beneficiarius*, Corrad. *Praxis Benefic.*, lib. I, cap. 16, n. 16, num. 50; Steph. Grat. *Discept. forens.*, cap. 166, num. 22; Diana part. v *Resol. mor.*, tract. 4, resol. 23; Ugolini. de *Offic. et potest. Episcop.*, cap. 5, § 16, num. 1; Barbosa in *Summa decis. Apost.* verb. *Professio Fidei*, num. 5; Monacell. tom. I, tit. II, form. 13, num. 4 et alii, et Bened. XIV, *Institut. Eccl.*, 60, § 3. Quod adeo verum est, ut si quis Romæ existens obtinerit facultatem professionem hanc emittendi coram Cardinali Vicario, teneatur illam repetere coram ordinario simul ac in locum residentie pervenerit, ut in eadem facultate exprimi solet. (6. Et dato quod Canonice provisos præsens in curia non possit statim ad residendum accedere, solet tunc Sacra Congreg. Conc. Trident. illum admittere ad professionem Fidei, coram et in manibus Datarii vel Cardinalis præfecti Sacrae Congregationis, et etiam coram urbis Vicario, non obstante, quod in Litteris provisionis adsit Decretum emittendi in manibus Episcopi; Sac. Cong. Concil. in Syracusana, 11 Januarii 1698, et non posse fieri per procuratorem decrevit iterum eadem Sac. Congregatio in Cathac. 6 Febr. 1726, adeoque propter talia decreta non sunt attendendi Doctores sustinentes, posse fidei professionem emitti per procuratorem specialiter deputatum. Enimvero qui fidei professionem taliter emisit vel coram Cardinali Vicario, tenetur illam repetere coram Ordinario simul ac in locum residentie pervenerit, ut solet exprimi in formula concessæ sibi facultatis Romæ professionem emittendi; Bened. XIV, *Institut. Eccl.*, 60, § 3. (7. Hanc fidei professionem tenentur de novo facere etiam illi Canonici, qui jam antea eam emisissent in adeptione alterius similis beneficii. Sic decisum fuisse a Sacra Congregatione Conc. refert Garcias, part. III, de *Benefic.*, cap. 6, n. 17 et 18, et Barbosa de *Offic. et potest. Episcop.* allegat. 61, num. 8 et in *Sum. Apost. decis.*, verb. *Professio fidei*, num. 4. Concil. enim Trident. cit. sess. 24, de *Reform.*, cap. 12, simpliciter præcipit, ut provisi de *Canonicatibus*, et dignitatibus in Ecclesiis cathedralibus, fidei professionem emittant; et non distinguat an antea fecerint; adeoque neque nos distinguere debemus; cap. *Quia circa*, 22, de *Privileg. et leg. de pretio*, ff. de *Publica in rem actione*. (8. Imo ex Barbos. part. III de *Offic. et potest. Episcop.*, allegat. 61, num. 9; Castropalao, tract. 4 de *Fide*, disp. 1, punct. 19, num. 7; Reiffenstuel. lib. I, *Decretal.*, tit. 1, § 8, num. 159, et aliis, tenentur iterum prædictam fidei professionem emittere etiam illi, qui denuo adipiscuntur in cathedralibus Ecclesiis *Canonicatum*, vel dignitatem, quam antea habuerant, et dimiserant, non obstante priore fidei professione. Et ratio est, quia qui fuit *Canonicus*,

omissa, habet locum præscripta irritatio; ac beneficii possessor fructus non facit suos, nec illis possessio suffragabitur quantum ad fructuum acquisitionem, aut retentionem. (EDIT. NEAP.)

et postea *Canonicatum* dimisit, non remanet amplius adstrictus prædicto juramento, adeoque si ad *Canonicatum* dimissum denuo redeat, iterum jurare tenetur; cap. *Venerabilem*, 34, de *Electione*; cap. *Ex insinuatione*, 26, de *Simonia*; Federicus de Senis, cons. 264, n. 6; Marches. de *Commissionibus*, p. 4, § 2; de *Comm. relaxationis juramenti ad effectum agendi*, n. 79, pag. 219; Barb. de *Canon. c.* 17, n. 8.

(9. Hæc fidei professio fieri debet saltem intra duos menses a die adeptæ possessionis dignitatis, vel *Canonicatus* in Ecclesia cathedrali; Conc. Trident. sess. 24 de *Reformat.*, cap. 12. (10. Et hic terminus duorum mensium datus ad emittendam professionem, non currit proviso, qui non accepit possessionem, quamvis per eum stet, quominus eam accipiat, quia licet idem videatur, provisum accipere possessionem, et per eum stare, quominus eam accipiat; arg. cap. *Commissa*, 35, de *Election.*, in 6 et cap. *Licet Episcopus*, 28, de *Præbend.*, in 6, nihilominus Concilium loco citato obligat ad emittendam professionem fidei solum illos qui realiter adepti sunt talem possessionem *Canonicatus*, vel dignitatis; Garcias de *Benefic.*, part. III, cap. 3, num. 32; Barbosa de *Offic. et potest. Episc.*, alleg. 61, num. 25; Ricciullus, lib. I de *Jure personarum extra gregium Ecclesie existentium*. (11. Imo ad effectum, ut incipiant currere prædicti duo menses, non sufficit fuisse adeptam possessionem, sed requiritur possessio pacifica, ita ut in ejus exercitio non fuerit talis *Canonicus* statim turbatus de jure, vel de facto, sed in eo pacifice perseveraverit saltem per unum vel duos menses sine turbatione aut molestia; Barbos. et Ricciullus loc. cit. Trullench. in *Expositione Decalogi*, lib. I, cap. 1, dub. 8, sub n. 5; Reiffenstuel. lib. *Decret.*, tit. 1, § 8, n. 127, et alii. (12. Si vero intra prædictos duos menses a die adeptæ realiter pacificæ possessionis *Canonicatus*, talis *Canonicus* non emisit dictam fidei professionem, non per hoc solutus est ab obligatione illam in posterum emittendi, sed nihilominus semper ad eam faciendam tenebitur, quia tempus duorum mensium a Concilio assignatum non est præfixum ad remittendam, ad terminandam obligationem, sed ad differendam executionem atque penam; arg. cap. *Cum Dilecti*, § *Præterea*, 6, de *Dolo et contumac.*, in cujus sumario sic præcise habetur: « Citatus ad totam causam certo termino ad comparandum assignato, tenetur comparere in termino, et dato impedimento in termino, debet comparere quanto citius potest post terminum, alias condemnabitur in expensis a tempore citationis admisæ. » In tali enim conciliari decreto inter se divisibilia imponuntur *Canonicis cathedralibus*; unum, ut fidei professionem faciant, et alterum, ut eam in-

(1) Cum quæ ad statum ejusque pertinent scire quilibet possit, ac debeat, non equidem adduci possunt ut ignorantiam et inadvertentiam *Canonicis* professionem fidei omittentis inculpata esse posse existimem. Etsi autem ignorantis, seu inadvertentis

tra tale tempus, id est intra duos menses faciant. Et sic tenent Navarrus lib. II, consil. 14, num. 1, de *Jurejur.*; Garcias de *Benef.*, p. 3, cap. 3, num. 29; Reiffenstuel. loc. cit., num. 175 et cum pluribus a se citatis Barbosa de *Offic. et potest. Episc.* par. III, alleg. 61, num. 22, et de *Canonicis*, cap. 17, num. 16. (13. Canonici et dignitates Ecclesie cathedralis tenentur ultro sese offerre ad faciendam fidei professionem, adeo ut non requiratur ad hoc prævia monitio; Nicol. Garcias de *Benefic.* dict. c. 3, num. 19 et 20; Ricciullus de *Jure personarum extra gregium Ecclesie existentium*, lib. I, cap. 13, num. 18; Trullench. d. lib. I, cap. 1, dub. 3, n. 1 in fine; Barbosa de *Canon.* cap. 17, num. 11 et lib. I *Juris Ecclesiastici univers.* cap. 21, num. 62. Et ratio est, quia tempus ipsum a *Jure* statutum sufficienter monet, ac pro facienda fidei professione interpellat; arg. cap. *Potuit* 4 de *Locat. et conducto*, § *ultim.* ibi: « Non obstante quod ei, ut *Canonem* solveret non existit nuntiatur, cum in hoc casu dies statuta pro Domino interpellat. »

(14. Canonici, et Dignitates cathedralis omittentes facere debitam fidei professionem, peccant mortaliter; Concilium enim Tridentinum loc. cit. imponit hanc obligationem sub verbis graviter obligatoris, et simul sub gravissimis pœnis. Ita Sanchez lib. II, in *Decalogum*, cap. 5, num. 1. Petrus de Ledesma in *Summ.* part. II, tract. 1, cap. 4, conclus. 10. Bonacina disp. 3, de *Fide*, part. II, punct. 3, num. 14 et 15. Castropal. tract. 4, disp. 1, de *Fide*, punct. 19, num. 2. Reiffenstuel. lib. I. *Decret.* tit. 1, § 9, num. 288, et cum pluribus a se citatis Barbos. de *Canon.* cap. 17, num. 20. (15. Non peccant tamen mortaliter, si per ignorantiam, inadvertentiam, aut oblivionem ipsam facere omittant; Navarrus consil. 2, de *Jurejurand.* Reiffenstuel. loc. cit. num. 189, et cum pluribus a se citatis Barbos. de *Canon.* cap. 17, num. 21. Et ratio est, quia sicut in aliis materiis, ita et in proposito potest ignorantia, inadvertentia, atque oblivio inculpata (1) excusare a culpa mortali, ad ipsam enim requiritur, ex communi doctorum, plena advertentia et perfectus consensus. Et ignorantis, seu inadvertentis nullus est consensus, l. *Si per errorem*, 13, ff. de *Jurisdic. omn. Judic.* Nec ad eam penam incurrendam requiritur sententia declaratoria, ut ex Synodo Farfensi firmatur Institut. Eccles. 57, § 15. (16. Canonici, et Dignitates cathedralis non facientes fidei professionem intra duos menses a die adeptæ possessionis ultra peccatum mortale incurunt etiam fructuum amissionem; Concil. Trident. sess. 24 de *Reformat.* cap. 12, ibi: « Fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur. » (17. In hac tamen pena amissionis fructuum non includuntur distributiones quotidianæ; nam istæ, cum dentur

nullus sit consensus, non propterea qui vel ignorat, vel non advertit ad id, quod scire, et ad quod advertere, et petere debet, a culpa etiam lethali, si res gravis sit, excusatur. (EDIT. BARBIELL.)